

CHARTERS OF MONKS HORTON PRIORY.

COMMUNICATED BY JAMES R. SCOTT, ESQ., F.S.A.

I. *Circa* A.D. 1140-1144.

*Carta Roberti filii Bernardi de Ver de fundacione prioratus de Horton.

Reverendo in Christo patri et domino domino R. divina miseratione abbati Cluniacensi radiis sinceræ devotionis et omnium virtutum viro commendabiliter adornato vir humilis et devotus Robertus de Ver filius Bernardi omnimodum honorem debitum tanti (*sic*) patri et fructum seruii salutari Nouerit almifica vestra paternitas lucidius deo gratissima me apud Hortonam Cantuar. dioceseos in honorem dei beate Marie et sancti Johannis Euangelistæ ad salutem anime meæ et pro animabus antecessorum et successorum meorum ecclesiam fundasse et construxisse et eam tam in temporalibus quam spiritualibus promovisse et accumulasse volentemque et affectantem ministros vestros (*sic*) sanctissimi ordinis Cluniacensis Monachos deo servituros in perpetuum fore in eadem insignissimi nostri Regis concessione gratiosa et confirmatione votiva primitus peroptatis et vestro sacratissimo patrocinio benignius confovente idem opus caritativum in puram et perpetuam elemosinam ab adversis facilius conservari et in prosperis eternaliter communiri Igitur vestræ prælibatæ paternitati supplicio humiliter et devote ut me in sinum vestræ puræ religionis devotionis et orationis clementius suscipere ac vestræ fraternitatis piis suffragiis consolare diotæque ecclesiæ vestræ de Hortona vniversa et singula jura privilegia et libertates a sanctis patribus sedis apostolicæ et vestris predecessoribus vestro venerabili monasterio Cluniacensi data concessa et confirmata a pie fundacionis tempore conferre et largiri dignemini gratiose quatinus in divinis officiis validius et avidius se exercere gaudeat sine fine. (*Harleian MS.* 2044, f. 54, Ex Cartulario Prioratus de Horton in Com. Kancie penes . . . de Horton anno domini 1648 . . . de civitate Cantuar.)

II. *Circa* A.D. 1140-1144.

Illustri viro et amico nostro domino Roberto filio Bernardi frater R. humilis abbas Cluniacensis salutem et obsequium immensas grates benignitati vestræ referimus super beneficiis a vobis ecclesie de Horton collatis rogamus vt in bono et laudabili proposito vestro perseveratis et eandem ecclesiam propensiori effectu diligere et manutenere satagatis vt condignam a deo mercedem et a nobis uberiores inde grates recipiatis vt quam deo volente gratiam et amorem domini Regis plenarie obtinetis precamur vt res possessiones siue Jura ecclesiæ memo-

ratæ ab ipso concedi et autoritate et munimento literarum suarum confirmari faciat Nos autem pro his et aliis beneficiis quæ eidem ecclesiæ contuleritis omnium spiritualium beneficiorum que fiant in Cluniacensi ecclesia et in locis ad eam pertinentibus vos participem et consortem efficiamus Concedimus autem et confirmamus predictæ ecclesiæ vniversa iura et libertates suas quas a tempore fundatorum suorum obtinuit vel imposterum obtinere potuit secundum quod cartæ ipsius testificantur. (*Harl. MS. 2044, fol. 54.*)

III. Circa A.D. 1140-1144.

*Sciant presentes et futuri quod ego Robertus de Ver constabularius Regis Anglie et Adeliza [uda]† filia Hugonis de Mountford vxor mea damus et concedimus et *presenti carta confirmamus* deo et sanctæ Mariæ et sancto Johanni et sancto Pancratio et monachis de Lewes apud Hortonam deo seruiantibus idem manerium cum omnibus rebus ad illud pertinentibus scilicet cum terra et hominibus de Hayton et de Hangsel et de Maresio et [cum omnibus] † operibus quæ homines faciebant apud Saltwood et cum memoribus Redebroc et Witingehanger in elemosinam liberam et quietam [in omnibus] sicut dominium nostrum Prior [quoque] de Horton reddet singulis annis ecclesie sancti Pancratii unam marcam argenti ‡ *pro recognitione. Habebit autem Prior de sancto Pancratio imperpetuum emendacionem ordinacionem et mercationem de Priore et monachis de Horton tanquam de suis propriis secundum regulam sancti Benedicti et ordinem de Cluniaco* Præterea hæc damus decimam de Etretona sicut Robertus Capellanus eam habuit et in Essexia ecclesiam de Purle cum omnibus decimis et consuetudinibus ei pertinentibus Damus etiam quinque solidos qui reddebantur de Hayton et Saltwood et viginti et quinque denarios qui de eadem terra [reddebantur] Estbrugie hæc et omnia *que demus et que daturi sumus* damus pro anima Regis Henrici domini nostri et [pro salute et] incolumitate nostra et pro animabus nostrorum§ antecessorum et parent[or]um et propinquorum et benefactorum nostrorum Quicquid etiam Barones vel homines nostri ibidem in elemosinam dederint eodem animo damus et concedimus Testibus Roberto de Vere iuvene Roberto de Well Roberto de Orlaneston Normanno de Essetef Turstano dapifero Hamone de Avenar[i]o Willelmo filio Henrici Willelmo filio eius Simone de Meald' Willelmo filio Normanni Ricardo de Well filio Roberti et Willelmo fratre [filio] eius Godfrido de Meald filio Simonis et multis aliis.|| (*Harl. MS. 2044, fol. 54 b. Additional MS. 5516, No. 1, page 1.*)

* Printed in Dugdale's Monasticon, vol. v., p. 34.

† The letters and words inserted within brackets occur in another version of this chartulary, British Museum Additional MS. 5516; those in italics are omitted in that MS.

‡ Instead of "pro recognitione de Cluniaco," Additional MS. 5516 has these words "et priori liceat quos voluerit nouicios recipere et habere apud Horton quos viderit ad honorem et vtilitatem ecclesie."

§ For "nostrorum," Additional MS. has "nostris et."

|| Irrotulatur in Memorandis Soaccarii viz. inter Recorda de termino Sancti Michaelis Anno sexto Henrici quarti ex parte rememoratoris Regis videlicet in quodam processu tangente Priores de Castilaore Pritewell Horton et alios.

This Charter is followed with the very like verbatim saving that after vnam marcam argenti this (next following) goes on thus Et Priori liceat quos voluerit nouicios recipere et habere apud Horton quos viderit ad honorem et vtilitatem ecclesie præter hæc damus &c, ut supra. (*Harl. MS. 2044, fol. 55.*)

IV. Circa A.D. 1140-44.

Hic incipit Carte devotissimi fundatoris nostri egregii militis domini Roberti de Ver et devotissimæ fundatricis nostræ dominæ Adeluda vxoris circa manerium de Tiddington cum pertinentiis.

*Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Robertus de Ver constabularius Regis Angliæ et Adeluda filia Hugonis de Monteforte vxor mea dedimus et concessimus deo et beato Apostolo Johanni et ewangelistæ atque ecclesiæ de Horton et monachis in eadem ecclesia ad serviendum deo et beato Johanni commemorantibus manerium de Titend' cum omnibus pertinentiis ipsius manerii in perpetuam elemosinam pro redempcione et salute animæ Regis Henrici et Regis Stephani et animarum nostrarum et omnium fidelium antecessorum nostrorum ita libere et quiete et honorifice Tenendum et habendum sicut nos tempore Regis Henrici predicti dono eiusdem tenuimus et habuimus et postea Regis Stephani scilicet cum Soca et Saca et tol et team et infangenetheof cum omnibus consuetudinibus et libertatibus et quietacionibus de Warpeni et nu[in]peni in bosco et plano in Pratis et in Pasturis in terris et mariscis in via et in semitis adhuc ecclesiam de Stanesteed cum eiusdem ecclesie pertinentiis omnibus scilicet beneficiis ecclesiasticis atque ecclesiam de Bradburne cum sibi pertinentibus beneficiis ecclesiasticis scilicet decimas Estbrugie et Huncild excepto sale Teste Gaufrido de Ver' et Roberto fratre suo Radulpho filio Willelmi Willelmo de Pilatavill ['Pilata Vil' heru'] Hero dapifero Hugone de Eschelot [Heschelot] Hugone Talebot Willelmo de Well Osberto Mariscallo Willelmo filio Turstani dapiferi Radulpho de Scalis Radulpho filio Turaldi Roberto de Sancto Martino Ernaldo sacerdote Pagano Clerico Simone de Chandos et Hugone fratre suo Johanne sacerdote. (*Harl. MS. 2044, fol. 55. Additional MS. 5516, No. 2, page 1.*)

V. Confirmacio Stephani Regis de fundacione.

Stephanus Rex Angliæ Archiepiscopo Cantuariensi Iusticiariis et vice-omitibus Baronibus et ministris et omnibus fidelibus suis totius Angliæ salutem Sciatis nos concessisse et confirmasse pro anima Regis [Henrici] avunculi mei et pro salute animæ meæ et Matildis *Reginæ* vxoris meæ et Eustachii filii mei et aliorum puerorum meorum donacionem illam quam Robertus de Ver Constabularius meus et Adeleia vxor sua fecerunt deo et ecclesie sancti Johannis de Horton[a] et monachis ibidem deo servantibus scilicet Hortonam cum appendiciis suis et manerium de Tidenton cum omnibus pertinentiis suis et terram Osberti Mariscalli de Hamton et xxviii solid[at]os terre in marisco de Rumel nel quam Erininilda tenuit et mansuras quas eis dedit in Heda et terram Nigelli filii Bertranni post obitum vxoris eius et ecclesiam de Purleia cum omnibus pertinentiis suis [et ecclesiam de Braburna et ecclesiam de Stanesteda cum omnibus pertinenciis suis] et decimam de Hunichild[a] et [de] Estbriggia excepto sale et decimam de Eatreton[a] et terram quam Simon de Mallynge eis dedit et Willeham et ecclesiam de Essetaford cum vna virgata terre quam Normannus eis dedit et novem denaratos terre in eodem feodo Quare volo et firmiter precipio quod ecclesia predicta et Monachi *eiusdem* ecclesie teneant hæc prefata bene et in pace et libere et quiete et honorifice in bosco et in plano

in pratibus et pasturis in aquis et in stagnis et mariscis in viis et semitis et in omnibus aliis locis cum saca et socca et Tol et Theam et infangenetheof cum omnibus consuetudinibus et libertatibus et quietationibus de Warpeni inpeni cum quibus Robertus de Mountfort et Robertus de Ver Constabularius meus et Adelina vxor sua melius et liberius tenuerunt et siout eis concesserunt per cartam suam Testibus Comite Gaufrido de Essex et Willelmo Comite de Warrenna et Johanne Comite de Auco et Comite Gilleberto de Penbroc et Willelmo de Lp^a et Willelmo Mart' et Turgisio de Abrinois et Ricardo de Luci et Adam de Belu' et Roberto de Creuacuer et Willelmo de Ainesford apud Gipeswio. (*Harl. MS. 2044, fol. 55 b. Additional MS. 5516, No. 9, page 7.*)

VI. A.D. 1144. *Lucius Papa super prima fundatione Monasterii de Horton ad Henricum Winton Episcopum.*

*Lucius episcopus servus servorum dei dilectis filiis Guillelmo Priori Monasterii sancti Johannis evangeliste de Horton eiusdemque fratribus tam presentibus quam futuris regulari vita professis in perpetuum ad hoc nobis ecclesie Catholice cura a summo Pastore deo comissa est vt dei servos paternis affectibus diligamus et eo amplius studeamus ipsorum devocionem modis omnibus confovere quo ferventius ipsi disciplinis ecclesiasticis et sanctorum patrum regulis inherere noscuntur Tunc enim deo gratus apostolicus impendit famulatus si sanctorum locorum salubris institucio vigor et ordo nostris patrocinis in religionis puritate fuerint conservata Ea propter dilecti in domino filii venerabilis fratris nostri Henrici Wintoniensis episcopi precibus inclinati vestris iustis postulacionibus clementer annuimus et prefatum monasterium in quo divino mancipati estis obsequio sub beati Petri et nostra proteccionem suscipimus et presentis scripti privilegio comunimus Statuentes vt quascunque possessiones quecunque bona idem monasterium in presentiam iuste et canonicè possidet aut in futurum concessione Pontificum largitione Regum vel Principum oblatione fidelium seu aliis iustis modis deo propitio poterit adepti firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabilis Hortunam cum pertinentiis suis Tidentunam cum pertinentiis suis ecclesiam de Purleia et de Bra[de]burna et de Stanestana decimam de Hunechilda et de Estbrugh et de Etteretuna ecclesiam de Essecesford cum virgata terre terram que fuit Simonis de Vleham Mansuras de Heda jura consuetudines libertates rationabiles decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre vel oblatas retinere minuire aut aliquibus vexacionibus fatigare sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernacione et sustentacione concessa sunt vsibus omnimodis profutura salva diocessani episcopi canonica iusticia et apostolice sedis auctoritate si qua ergo in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit secundo tertio comonita si non satisfacione congrua emendaverit potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini Redemptoris nostri [Jhesu Christi] aliena fiat atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax domini nostri Jhesu Christi quatinus et hic fructum bone accionis percipiant (*sic*) et apud districtum iudicem premia eternæ pacis inueniat Amen.*

Ego Lucius Catholice sedis episcopus.

Ego Gregorius presbiter Cardinalis titulo Calixti.

Ego Guido presbiter Cardinalis titulo Crisogoni.

Ego Petrus presbiter Cardinalis titulo Pastoris.

Ego Tubal[fubaldus] presbiter Cardinalis [titulo] sanctæ Praxedis.

Ego Rainerus presbiter Cardinalis titulo Sancti Stephani [in Monte Celio].

Ego Conradus Sabinensis episcopus.

Ego Theodoricus episcopus sanctæ Rufinæ.

Ego Albericus Ostiensis episcopus.

Ego Imarus Tusculanus episcopus.

Ego Petrus Abbas Albanensis episcopus.

Ego Gregorius diaconus Cardinalis sanctorum Sergii et Bachii.

Ego Otho diaconus Cardinalis sancti Georgii ad velum auri.

Ego Guido diaconus Cardinalis sanctorum Cosme et Damiani.

Ego Petrus diaconus Cardinalis Sanctæ Mariæ in porticu.

Ego Johannes diaconus Cardinalis sancti Adriani.

Dat. Lat. per manum Baronis Capellani et scriptoris v^o Idus Maii Indictione VII^a Incarnationis dominicæ Anno M^{mo} C^{mo} XLIIII^o Pontificatus vero domini Lucii II^{di} papæ anno primo. (*Harl. MS. 2044, fol. 56. Additional MS. 5516, No. 10, page 8.*)

VII. *Ante* A.D. 1163.

Ego Henricus de Essessia Constabularius Regis Anglie concedo et huius carte auctoritate confirmo elemosinam quam Adelina de Mountfort et Robertus de Ver' vir eius deo et ecclesie sancti Johannis ewangeliste de Hortona et monachis de Sancto Panoracio ibidem commorantibus dederunt tam de dominio meo quam de Baronum vel hominum meorum largitione silicet Hortonam cum pertinenciis suis Tydentunam cum pertinenciis suis masuras de heda Terram Osberti Marescalli de Hanton et terram Brineline vxoris eiusdem Osberti de Maresco Et iugum terre quod dicitur Gara terram Nigelli filii Bertranni Ecclesiam de Bradeburna decimam de Estbregia et de Hunechilt excepto sale decimam de Etretona quinque solidos qui reddebantur de Haiton ad Saltwode et vigintiquinque denarios qui reddebantur de eadem terra Estburgie ecclesiam de Purlay cum consuetudinibus et pertinenciis suis ecclesiam de Stanesteda ecclesiam de Essetesfort virgatam terre et nouem denariatas terre de eodem feudo terram de Huleham quam dedit Simon de Mellinges Terram Rogeri Pyncerne decimam Picotti de Heilesdonne Ista quecumque terra ex dono meo vel hominum meorum liberalitate prefatis monachis donata fuerint volo vt libere teneant cum consuetudinibus et libertatibus et omnibus quitanciis cum quibus eundem feudum ego teneo et antecessores mei Hugo de Mountefort et Robertus filius eius parentes mei tenuerunt Testibus hiis Gaufrido de Ver' Petro de Valoniis Radulfo Pycott Hugone filio Almer Hugone Facill Hugone de Polesteda Raindulfo de Faubrege Ricardo de Welle Roberto Bretelle et Fabiano capellano Simone de Criuil Gerardo Clerico Willelmo filio Willelmi Oliuero de Walle Willelmo de Francheuilla Osberto filio Heruei. (*Additional MS. 5516, No. 3, page 2.*)

VIII. *Ante* A.D. 1163.

Henricus de *Essexia* Constabularius Regis Anglie omnibus fidelibus *Sanote* matris ecclesie filiis et omnibus hominibus suis francis et Anglis salutem. Sciatis me dedisse concessisse et carta mea confirmasse deo et scanto Johanni *Ewangeliste* de *Hortone* et *Monachis* ibidem deo seruientibus in puram et perpetuam elemosinam vigintiquatuor solidos sex denarios de decima redditus mei annuatim suscipiendos dominica die *Palmarum* de manerio meo de *Brabourne* quare volo et firmiter precipio omnibus hominibus meis et heredibus meis vt illos vigintiquatuor solidos sex denarios *Monachi* predicti de *Hortone* suscipiant de predicto manerio ad predictum terminum omni occasione postposita et sine aliqua molestia Preterea dedi eisdem *monachis* et concessi in perpetuam elemosinam pasturam duodecim boum in parco meo de *Brabourne* cum omnibus bobus meis quamdiu fuerint ad herbagium siue sint in parco meo siue sint extra parcum meum et omnem decimam feni mei integre et plenarie percipiendas cum carris meis ad orrea predictorum *monachorum* Testibus hiis *Galfrido* de *Ver'* *Henrico* filio meo *Roberto* Clerico filio meo *Fabiano* Capellano *Thoma* capellano *Willelmo* filio *Rogeri* *Osberto* dapfero *Rogero* filio *Humfridi* *Roberto* de *Bret.* *Stephano* de *Poterne* *Willelmo* filio eius *Roberto* lunet *Ricardo* *Bataille* *Hugone* *Pyncerne* *Alueredo* clerico *Roberto* clerico *Willelmo* filio *Durant* *Jordano* *Cabl'ango* *Godefrido* de *Lisius* *Willelmo* de *Helham* *Alswardo* de *Berwica* et multis aliis. (*Additional MS.* 5516, No. 4, page 3.)

IX. *Post* A.D. 1163.

*Baldewynus** de *Betune* Comes *Abbemarie* omnibus has litteras visuris vel audituris salutem *Vniuersitati* vestre notum facio me pro salute anime mee et heredum meorum concessisse deo et ecclesie beati *Johannis* de *Hortone* et *monachis* ibidem deo seruientibus pasturam duodecim boum in parco meo de *Brabourne* quam habuerunt de dono *Henrici* de *Essexia* Habendum et tenendum de me et heredibus meis libere quiete et pacifice in puram et perpetuam elemosinam Et vt hec mea concessio in posterum rata perseueret eam presenti scripto meo sigillo meo munito corroborauit. Hiis testibus *Philippo* de *Langeb'* tunc senescallo *Willelmo* de *Cheritun* *Philippo* de *Columberio* *Eurardo* de *Beuere* *Gaufrido* de *Nortun* *Rogero* *Martel* *Henrico* *Gresle* *Henrico* *Pounde* et multis aliis. (*Additional MS.* 5516, No. 5, page 3.)

X. *Confirmacio* Hen. II.

Henricus dei gratia Rex Anglie et dux *Normannie* et *Acquietannie* et Comes *Andegaue* *Archiepiscopis* *Episcopis* *Abbatibus* *Comitibus* *Baronibus* *Justiciariis* *Vicecomitibus* et omnibus *Ministris* et fidelibus suis totius Anglie salutem

* *Baldewyn* de *Betune*, Earl of *Albemarle* *in jure uxoris*; he died in 1212. He had married a kinswoman of *Henry* de *Essex*, *Hawise* (widow of *Wm.* de *Mandeville*, Earl of *Essex*), daughter of *Wm.* le *Gros*, Earl of *Albemarle*. His daughter *Alice* married *Wm.* *Marshall*, Earl of *Pembroke*, whose sister *Joan* married *Warren* de *Monchensie*, and their daughter *Joan* (died 1307) married *William* de *Valence*, father of *Aymer* de *Valence*, and of *Isabel* de *Hastings*, who was her brother's heir, and whose son *Laurence* de *Hastings* was under age when he succeeded his father in or about 1323-5. His lands were therefore in the King's hands.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse Ecclesie Sancti Johannis Evangeliste de Hortona et monachis ibidem deo seruiantibus omnia subscripta qui eis racionabiliter data sunt in perpetuam elemosinam silicet ex dono Roberti de Ver' et Adeline vxoris eius manerium de Hortona cum omnibus pertinentiis suis silicet cum terra et hominibus de Haitona et de Hangsele et de maresio et cum operibus que homines faciebant apud Saltwode et cum nemoribus de Redbroc et de Witingehanga de hoc manerio Reddet prior de Hortona singulis annis ecclesie Sancti Pancratii vnam marcā argenti et eidem priori licebit quos voluerit novicios recipere et habere apud Hortonam qui sint ad honorem et vtilitatem ecclesie decimam eciam de Esttratonā sicut Robertus Capellanus eam habuit et in Essexia ecclesiam de Purleia cum omnibus decimis et consuetudinibus ad eam pertinentibus et quinque solidos qui reddebantur de Haitona Saltwode et xxv denarios qui de eadem terra reddebantur Estbrigie. Preterea ex dono eiusdem Roberti de Ver' et prenominatę vxoris sue manerium de Teititona cum omnibus pertinentiis et libertatibus eiusdem manerii et ecclesiam de Stanesteda cum omnibus pertinentiis suis et ecclesiam de Bradeburna cum pertinentiis suis et decimas de Astbrigia et de Hunechilde excepto sale Ex dono Osberti et Erineline vxoris sue terram de Hamtona excepta parte illa quam idem Osbertus dedit sororis sue tenendam pro xiiii denarios per annum et heredibus suis de predictis monachis et racionabilem donationem quam Erinilina fecit eidem ecclesie de mariagio suo in marisco et de dote sua de jugo de Gara et concessionem quam Walterus filius eiusdem Eriniline inde fecit predictis monachis sicut carta sua testatur Ex dono Johannis Comit̄ de Augo et Alicie vxoris sue terram quam Goldwinus tenebat de Risdena cum omnibus pertinentiis suis et xv solidos de terra que fuit Osberti de Roywica singulis annis Ex dono Simonis de Mallynge terram de Vleham Ex dono Nicholai et matris sue Auicio vnam virgatum terre Ex dono Stephani patris Johannis Haringod et Wymarce vxoris sue et ipsius Johannis Haringod et fratrum suorum xx acras terre apud Stoutingesbrigam Ex dono Nigelli filii Bertrani totam terram quam ipse tenebat de feodo Roberti de Ver' constabularii Regis et totam aliam terram suam de quibuscunque ipse tenebat saluo seruiicio dominium suorum et terram de Heda et domum suam in castello Ex dono Simonis de Tewegata vnam acram prati qui dicitur Langahopa Ex dono Normanni de Essetefort ecclesiam de Essetefort cum terris et decimis et omnibus aliis ad eam pertinentibus et vnam virgatum terre quam Fulco presbiter tenuit pro iii solidis per annum et terram cuiusdam femine que reddit ix denarios per annum Ex dono Roberti patris Hamonis de Aldelosa totam terram illam quam Robertus de Ver' tenuit saluo seruiicio meo et scutagio dimidie virgate terre et concessionem quam Hamo filius eiusdem Roberti de Aldelosa eis de terra illa fecit racionabiliter Ex dono Hugonis de Sancto Quintino terram de Vleham possidendam per redditum quinque solidorum per annum et per estotum de dimidia virgata terre quod pertinet ad curiam de Sellinge Ex dono Wiberti filii Cole et filiorum suorum terram illam que dicitur Gara et ad capud eiusdem terre apud orientalem partem xii acras terre ascendentes contra montes Ex dono Rogeri Pincerne et vxoris eius terras et virgulta et omnia alia que ipsi tenuerunt vno anno et vna die Quare volo et firmiter precipio quod predicta ecclesia et predicti monachi habeant et teneant omnia supradicta cum pertinentiis suis in bosco in plano in pratis et pasturis in aquis et molendinis in vinariis et piscariis in stangnis in marissis in ecclesiis et capellis in terris et decimis ad eas pertinentibus in viis et semitis et in omnibus

aliis locis et aliis rebus ad illa pertinentibus bene et in pace libere et quiete plenarie integre et honorifice cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis sicut carte donatorum testantur et distinguunt. Testibus Ricardo de Luci Willelmo filio Audele dapifero et Gilleberto Malet dapifero Rogero de Curteneia Thomas Basset Willelmo de Lanuale Roberto filio Bern[er] et Thoma fratre suo Radulpho filio Bern[er] et Willelmo fratre suo Willelmo de Auberuilla Adam Archiepiscopo Johannes de Stoutinge apud Wi. (*Additional MS. 5516, No. 7, pp. 5-7.*)

XI. *Confirmatio Hen. II.*

Henricus Rex Anglie et Dux Normannie et Aquitanie et comes Andegavie Archiepiscopo Cantuariensi et Justiciariis et vicecomitibus et Baronibus et ministris et omnibus fidelibus Francis et Anglis de Kent salutem Sciatis me concessisse et confirmasse deo et ecclesie sancti Johannis apostoli et Evangeliste de Hortona et monachis ibidem deo seruiantibus donationem elemosine quam eis fecerunt Robertus de Ver' et Adelina eius vxor de cuius hereditate ipsa elemosina est silicet Teyntonam et Hortonam cum omnibus aliis possessionibus tam ecclesiasticis quam laicis sicut predictus Robertus de Ver' et Adelina vxor eius eis concesserunt et carta sua confirmauerunt Quare volo et firmiter precipio quod ecclesia predicta et monachi teneant bene et in pace et honorifice et libere et quiete in bosco et plano et pratis et pasturis in aquis et stangnis in viis et semitis et in omnibus locis cum omnibus libertatibus et consuetudinibus cum quibus Robertus Ver' et Adelina vxor eius melius et liberius tenuerunt et monachis per cartam suam confirmauerunt sicut carta eorum testantur Testibus Mauricio Bysset dapifero Roberto de Donstanuilla Radulpho filio Stephani camerario apud leous. (*Additional MS. 5516, No. 8, p. 7.*)

XII. 18 Edward II.

Rex dilecto et filio suo Hugoni Despencer Juniori et eius balliuis de Brabourne salutem Monstrauit nobis dilectus nobis in Christo Prior de Hortone quod cum Baldwinus de Betune dudum Comes Abbe Marlie per cartam suam quondam inspeximus dedisset et concessisset deo et ecclesie beati Johannis Ewangeliste de Hortone et Monachis ibidem deo seruiantibus pasturam duodecim boum in parco ipsius Comitis de Brabourne quam habuerunt ex dono Henrici de Essexia Habendam et tenendam de ipso Comite et heredibus suis libere quiete et pacifice in puram et perpetuam elemosinam et licet idem Prior et Predecessores sue Priores loci illicius semper haotenus a tempore confectionis carte temporibus omnium dominorum Manerii de Brabourne huius pasturam ad duodecim boues in parco predicto absque impedimento habuerunt vos nichilominus et balliui vestri predicti a tempore quo commisimus vobis custodiam manerii predicti vna cum ceteris terris tenementis feodis aduocacionibus ecclesiarum abbaciarum patronatum hospitalium et capellarum que sunt de proprietate laurencii filii et heredis Johannis de Hastyngges defuncti qui de nobis tenuit in capite infra etatem et in custodia nostra existentem contingenter de omnibus terris tenementis feodis militum et aduocacionibus ecclesiarum abbaciarum Prioratum hospitalium et capellarum huius que fuerunt a Adomari de Valence quondam Comitis de Penbrok defuncti qui de nobis tenuit in capite in Anglia et Wallia habendis vsque ad legitimam etatem heredis predicti ipsum Priorem quominus

huius pastura duodecim boum in parco predicto habere possit prout habere debet et ante dictam commissionem nostram vobis factam habere consuevit impediistis et adhuc impeditis vi ipsius prioris dispendium non modicum et gravamen et contra tenorem carte supradicte. Et quia volumus quod eidem Prior iniurietur in hac parte vobis Mandamus quod visa carta predicta si inueneritis ita esse et per inquisitionem inde faciendam aut alio modo legitimo vobis constare poterit dictum Priorem et predecessores suos predictos pasturam predictam in parco predicto a tempore confeccionis carte predictae absque impedimento vsque ad tempus dicte Commissionis nostre vobis facte habuisse sicut predictum est tunc ad huius impedimentis prefato Priori occasione premissa faciend desistentes et balliuos vestros desistere facientes ipsum Priorem pasturam illam in parco predicto habere permittatis prout ea habere debeat et ipse et predecessores sui eam ibidem semper hactenus a tempore predicto habere consueuerit et si causa rationabilis subfuerit quare id facere non debeat tunc vos de causa illa reddatis sub sigillo vestro prefato Hugoni aut sigillis vestris vos prefati balliui distincte et aperte sine dilacione terrores emittentes nobis hoc breve Teste me ipso aput Eltham xxvii^o die Junii anno regni nostri decimo octauo. (*Additional MS. 5516, No. 6, p. 4.*)

XIII.

Johannes episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis Abbati Cluniacensis eiusque coabbatibus prioribus et conventibus vniuersis Cluniacensis ordinis salutem et apostolicam benedicionem Cum a nobis petiuit quod iustum est et honestum tam vigor quam ordo exigit rationis vt item per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum ea propter dilecti in domino filii uestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romani pontifioibus siue per priuilegia vel alias indulgencias vobis et ordini vestro concessas necnon libertates et exempoiones secularium exacionum a Regibus et principibus aliisque Christi fidelibus rationabiliter uobis indultas sicut eas iuste ac pacifice obtinetis vobis et per vos eidem ordini auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere uel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursum Dat. Viterbii idus Octobris pontificatus nostri anno primo. (*Additional MS. 5516, No. 11, p. 10.*)

XIV.

Innocensius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis Priori et Conuentui Monasterii de Horton ordinis Cluniacensis Cantuariensis diociseos salutem et apostolicam benedicionem Justis petencioim desideriis dignum est nos facelem prebere consensum et vota que aracionis tramite non discordant effectu prosequente complere Ea propter dilecti in domino filii uestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu personas vestras et monasterium de Horton in quo divino estis obsequio mancipati cum omnibus bonis que in presentiam rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis prestante domino poterit adipisci sub beati petri et nostra proteccionem suscipimus specialiter autem ecclesiam de Brabourne cum pertinenciis suis decimas terras et alia bona vestra

sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis vobis et per uos monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus salua in predictis decimis moderacione concilii generalis nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam infringere uel ei ausu temerario contraire Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. lugennis viii. Kal. Januar' pontificatus nostri anno II^o. (*Additional MS. 5516, No. 12, p. 11.*)

XV. A.D. 1270.

Facta apud Orpintone coram nobis officiali curie Cantuariensis in aula rectoris eiusdem die veneris proxima ante festum Sancte Margarete virginis continuata cum die Sabbati sequente anno domini MCC septuagesimo In causa que vertitur inter Galfridum de Neubaud per Albertum de Thohtes clericum procuratorem suum sufficienter comparentem ex vna parte et priorem et conuentum de Hortona per fratrem Thomam de Cantuaria procuratorem eorundem sufficienter comparentes ex altera videlicet cum datus esset dies ad sentenciandum in dicta causa si liqueret habitis hinc inde variis alteracionibus et disputacionibus super instrumentis iuribus et racionibus a partibus prepositis demum dicte partes de expresso Concensu earundem in dicta causa concluderunt et cum processum dicti negocii raciones iura et instrumenta necnon et allegaciones partium diligentia qua decuit examinauimus lecto coram nobis libello ex parte dicti G. dictis Religiosis porrecto et responcione ad eundem libellum per dictos religiosos facta prout in cedulis sigillo officialitater signatis continetur Considerantes quod dicti religiosi dictam ecclesiam de Brabourne per XL^a annos et amplius possiderunt et dicte possessioni adhuc incumbunt et quod idem religiosi inter cetera sua munimenta privilegium sancti patris Alexandri pape exhibuerunt per quod nitebantur ostendere quod ecclesie et alia bona que per XL annos pacifice possiderunt auctoritate cedis apostolice sunt dictis Religiosis confirmata et perpetua firmitate subnixta finem dicto negocio imponere cupientes de consilio iuris peritorum ad petitionem vtriusque partis sentenciam in scriptis pronunciamus in hunc modum In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen Nos Magister H. de Mortuo Mari officialis Curie Cantuariensis auditis et intellectis meritis cause que uertitur inter Galfridum de Neubaud ex parte vna et priorem et conuentum de Hortona ex altera supra ecclesia de Brabourne propter ineptam petitionem ipsius Galfridi in iudicio propositam dictos priorem et conuentum de Hortona ab impetitione dicti Galfridi sentencialiter absoluimus reseruantes vobis condemnationem expensare suo tempore et loco prout viderimus expedire faciendum In cuius rei T. presentibus sigillum officialitater apponi fecimus Datum ut supra. (*Additional MS. 5516, No. 13, p. 11.*)

XVI.

Venerabili domino et patri suo dei gratia Norwicensi episcopo Willelmus de Val[encie] salutem et fidele seruicium. Nouerit paternitas vestra et omnibus sancte ecclesie filiis notum sit quod ego Willelmus de Valencia concedo et dono et huius carte mee auctoritate confirmo ecclesiam de Stansteda cum omnibus pertinentiis suis silicet ecclesiasticis beneficiis deo et ecclesie sancti Johannis apostoli et euangeliste de Hortona et Monachis de sancto Pancracio ibidem deo seruientibus in liberam et quietam elemosinam sicut illam dederunt et carta sua

confirmauerunt Adelina de Montfort Robertus de Ver' vir eius supra dictae ecclesie et monachis Supplico igitur paternitati vestre ut quod eis a nobis deuote donatur uestre munimine auctoritatis roboretur. Testes Adam filius Ed'

Willelmus Mapet' Rogerus filius Roberti Heline prepositi Ricardus filius Mauricii Sanus filius Wlard, Willelmus Presp[iter] Helmarus et Weliardus. (*Additional MS. 5516, No. 14, p. 12.*)

XVII. Circa A.D. 1213-14.

Nicolaus dei gratia episcopus Tusculencis apostolice sedis legatus vniuersis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in domino ad uestram volumus noticiam pertinere quod cum caritas bone memorie Robertus de Ver' constabularius quondam Regis et Adeline vxoris sue et Willelmi de Valernes neonon et Willelmi quondam Norwicensis episcopi ac confirmationes tam Henrici Regis quam Lucii pape sigillis ipsorum signatas in nostram fecimus presentiam recitari per eas nobis constitit euidenter justus patronus ecclesie de Stansted ad ecclesiam sancti Johannis de Hortona et Monachis ibidem dno' famulantes pleno iure spectare ac ipsum eis in puram elemosinam esse concessum et legitime confirmatum In cuius rei testimonium presentem cartam sub sigillo nostro munimine roboratam eisdem priori et conuentui duximus concedendam. Data etc. (*Additional MS. 5516, No. 15, p. 13.*)

XVIII. A.D. 1233.

Omnibus Christi fidelibus ad quos presens scriptum peruenerit Thomas dei gratia Norwicensis episcopus salutem in domino Ad vniuersorum noticiam volumus peruenire nos dei causa et religionis fauore concessisse et presenti carta nostra et auctoritate episcopali confirmasse dilectis filiis in Christo Priori et Monachis de Hortona ordinis cluniacensis annuatim pensionem trium marcarum quam ab antiquo consueuerunt percipere de ecclesia de Stanstede nostre dioceseos saluis in omnibus reuerencia et obediencia nobis et successoribus nostris et sancte Norwicensis ecclesie consuetudinibus debitis vel consuetis In cuius rei testimonium presentes literas fecimus fieri et sigillo nostro muniri. Dat. apud Tlemham mense Maii pontificatus nostri anno octauo. (*Additional MS. 5516, No. 16, p. 13.*)

XIX.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus de Valeenis concedo deo et ecclesie sancti Johannis de Hortona et monachis ibidem deo et sancto Johanni seruientibus plenariam decimam de dominio meo de Stanstede de omni blado meo et de fabis et pisis plene et plib'e imperpetuum accipiendam ad hostium horrei mei de feno V° X^{man} in vilim in prato de pomis quoque decimam sportam hec autem omnia eis presenti confirmationis carta pro salute anime mee et animabus patris et matris mee omnium quoque parentum et amicorum meorum testibus hiis domino Hugone capellano David capellano Ricardo preposito Alano de Valenis Andreas Clerico Willelmo Barnard Ricardo Simplingford Herneo Henrico de Radion Johanne Clerico. (*Additional MS. 5516, No. 17, p. 13.*)

XX.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis sancti Gregorii Cantuariensis et sancti Martini Douoricensis Cantuariensis dioceseos prioribus et officiali Cantuariensi salutem et apostolicam benedictionem Conquesti sunt nobis prior et conuentus de Hortona Cluniacensis ordinis quod rector ecclesie de Stanstede Noruicensis dioceseos super quadam annua pensione terris possessionibus et rebus aliis injuriat eisdem Idcircoque discrecioni uestre per apostolica scripta mandamus quatinus partibus conuocatis audiatis causam et appellatione remota sine debito decidatis facientes quod decreueritis per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari prouiso ne pensio ipsa contra lateranencis statuta concilii sit imposita vel audacite Testes autem qui fuerint nominati sese gratia odio vel timore se traxerunt censura simili appellatione cesante cogatis veritati testimonium peribere Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse duo uestrum ea nichilominus exequantur Dat. Lugduni II. Nonas Januar' pontificatus nostri anno secundo. (*Additional MS. 5516, No. 18, p. 14.*)

XXI. A.D. 1311.

Memorandum quod cum inter priorem et conuentum monasterii de Hortona Rectores ecclesie de Brabourne super percepcione decime spatularium de omnibus et singulis feris captis in parco de Brabourne manerii de quibus decima dari consuevit actores ex parte vna et dominum Johannem de Dictona perpetuum vicarium ecclesie de Brabourne ren' ex altera mota fuisset contencio dioto priore pro se et conuentu predicto et eodem domino Johanne personaliter comparantibus coram nobis officiali domini archidiaconi Cantuarencis in ecclesiam de Elham die lune proxima post festum sancti Dionisii anno domini M^oCCC^oXI^o Idem vicarius fatebatur se multum ius habere in percepcione spatularum predictarum nec quioquam iuris sibi racione vicarie antediotie in eisdem pertinere propter nos ipsum vicarium iuxta confessionem suam et facultatem quioquam percipiendi seu petendi de decima predicta exclusimus per discretum perpetuum silencium eidem imponentes in hoc facto pronunciantes ius petendi et recipiendi decimam ferarum predictarum ad dictos priorem et conuentum et non ad alium in futurum pertinere In cuius rei testimonium presentibus sigillum meum officii nostri apposimus Dat. die loco et anno supradictis presentibus dominis Radulpho rectore ecclesie de Birchholte Willelmo vicario ecclesie de Elham Johanne vicario ecclesie de Elmestede et Waltero vicario ecclesie de Postlynge. (*Additional MS. 5516, No. 19, p. 14.*)

XXII.

Sicant presentes et futuri quod ego Ricardus Nuble de Brabourne dedi concessi et hac presenti carta mea confirmavi deo et beate Marie et beato Johanni apostolo et Euangeliste de Hortona et Monachis ibidem deo seruientibus in liberam puram et perpetuam elemosinam viginti et quatuor acras terre cum omnibus pertinenciis suis iacentes iuxta Dunstrete in parochia de Brabourne et vocatur dicta terra Wytecumbe habendum et tenendum dictam terram cum omnibus pertinenciis dictis monachis et eorum successoribus libera et quiete iure hereditarie in perpetuum et ego predictus Ricardus et heredes mei vel mei

assignati warantizabimus et defendemus et acquietabimus totam predictam terram cum pertinenciis dictis monachis et eorum successoribus contra omnes homines et feminas in perpetuum sicut decet liberam et perpetuam elemosinam In cuius rei testimonium hanc cartam sigillo meo Roboravi hiis testibus Roberto de Grauele Willelmo de Burne, Thoma le Waleys Petro de Benhale, Willelmo de Scadoekesherst, Roberto Grigorio, Simone de Haldelose Willelmo de Morestoke Nicholao le Waleis, Johanne Grelle Thoma de Copherst Stephano de Heham et multis aliis etc. Amen. (*Additional MS. 5516, No. 20, p. 15.*)

Exemplificacio status Monasterii de Horton

Imprimis sunt sex Monachi cum priore omnes sacerdotes et professi

Item divinum servitium tam die quam nocte horis oompetentibus cum aliis observantiis secundum numerum fratrum ibidem existentium devote celebratur et observatur, &c. (*Harl. MS. 2044, fol. 56 b.*)

In Catalogo Abbatiarum Prioratum &c. Cenobio Cluniacensi subjectorum qui extat in Bibliotheca Cluniacensi Col. 1749 status hujusoe Prioratus sic se habet.

Prioratus de Hortuna immediate subditus Prioratui Lecoensi in quo secundum aliquos debent esse octo Monachi et secundum alios debent esse tredecim et debent ibi celebrari tres Missæ Major et secunda B. Mariæ et tertia pro defunctis debet dici Evangelium per diaconum ad majorem missam et debet haberi lectio in refectorio ad prandium et sunt tres ad custodiendum sigillum videlicet prior subprior et vnus alius. (*Harl. MS. 2044, fol. 56 b.*)